

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ioannis Andrae Hoffmanni Ivris Vtrivsque Doctoris In  
Academia Ienensi Collectio Selectorvm Opvscvlvm De  
Vnionibvs Electorum S.R.I.**

**Hofmann, Johann Andreas**

**Ienae, MDCCLII**

**VD18 12896357**

Conspectvs.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18247**

hemiae rege Ioanne occurrunt, quae maiori luce sint collustranda, statim tamen initio dissertationis nostrae monitum est, has obseruationes complexurum caput. II. aut nouam dissertationem duabus aliis comitandam. Faxit DEVS, vt & vires nobis suppetant, & interea Electorum eminentissimus ordo aliorum imperii Principum consensu & amicitia suffultus felicissime perennet.

EWALD. FRIDR. DE HERTZBERG  
EQVITIS POMERANI  
TRACTATIO  
DE  
VNIONIBVS ET COMITIIS  
ELECTORALIBVS.

CONSPECTVS.

- |   |  |
|---|--|
| §. I. <i>Vniones electorum definiuntur.</i>   | §. IX. <i>De consensu circa dismembrationem imperii.</i>   |
| §. II. <i>Diuisio vnionum in communes, singulares generales &amp; speciales continetur.</i>                               | §. X. <i>De obseruationibus capitulationum.</i>            |
| §. III. <i>Historia vnionum electoralium communium pertractatur.</i>  | §. XI. <i>De receptione successoris.</i>                   |
| §. IV. <i>A quibus constituantur &amp; quid sit ius vnionis? an elector Hannoueranus &amp; Bohemus ad eas pertineant?</i> | §. XII. <i>Contra quos vniones iniuri non debent.</i>      |
| §. V. <i>Finis vnionum.</i>   | §. XIII. <i>Vnio specialis electorum quid sit?</i>         |
| §. VI. <i>De iudicio litium electoralium.</i>   | §. XIV. <i>Confirmatio vnionum ab imperatoribus facta.</i> |
| §. VII. <i>De mutuis auxiliis agitur electorum.</i>   | §. XV. <i>Comitia electoralia definiuntur.</i>             |
| §. VIII. <i>De coniungendis circa imperium &amp; communia negotia consiliis.</i>  | §. XVI. <i>Ea sunt vel collegialia vel personalia.</i>     |
|   | §. XVII. <i>Diuisio collegialium comitiorum.</i>           |
|   | §. XVIII. <i>Fundamentum eorum comit.</i>                  |
|   | §. XIX.  |

§. XIX. Comitia unionis electo-  
ralis communis.

§. XX. Num praesentia caesaris  
ad ea necessaria.

§. XXI. De directorio comitio-  
rum electoralium cui competat dis-  
quiritur.

§. XXII. Locus comitiorum uni-  
onis.

§. XXIII. De legatis & proedria  
unionis.

§. XXIV. Materiae in iis comi-  
tiis pertractandae.

§. XXV. Exempla comitiorum  
electoralium.

CAPVT I.  
DE VNIONIBVS ELECTORALIBVS.

§. I.



Vniones Electorum (Churfürsten Verein.) sunt  
conuentiones inter Electores S. R. I. de coniun-  
gendis opibus & consiliis ad conseruanda impe-  
rii, imprimis vero propria tam collegii, quam  
singulorum iura, legibus imp. confirmatae.

Historia aliquot retro saeculorum docet, electores Conserua-  
tores illos Germanici imperii perpetuos, quoties aut patriae, aut  
ecclesiae, aut illustri suo collegio singulare aliquod imminuit pe-  
riculum, coniunctis viribus, mutisque vnionibus effecisse, vt  
patriae, vt collegio suo antiquus maneret splendor, & cum cer-  
nerent, suam concordiam basin salutis publicae esse, hasce vnio-  
nes perpetuasse. Hinc nec in litteraria ciuitate defuerunt viri,  
qui vltiori causarum indagatione illustre hoc institutum dignum  
iudicarent: inter quos primo loco nominandus Ictus magni no-  
minis, WILDSOGELIVS, qui Academicam Dissertationem de  
Vnionibus Electoralibus conscripsit 1707, sed quod non in iniu-  
riam summi viri, cuius merita alias satis nota sunt, verum meae  
excusationis gratia & ob rei veritatem dico, satis diffusam ac spif-  
sam, sed inutilibus in alia similia instituta excursionibus repletam,  
historiam tamen, ex qua omnia hic illustranda, tam parum con-  
sultuit, vt ne quidem vnio Rensensis ei nota fuerit. Hinc haud

